

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Bonacinæ Vtrivsque Signatvræ Referendarii  
Compendium Omnim Operum de Theologia Morali,  
omnibusque conscientiæ nodis**

**Bonacina, Martino**

**Coloniæ Agrippinæ**

Modi restituendæ famæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41152**

ratione sacramentalis confessionis. 3. vel viâ aliquâ injus-  
tia, ut viâ, fraude, dolo.

Crimen suum verum potest quis, dum torquetur, etiam  
injustè, sine peccato fateri; est enim suæ famæ dominus. Ho-  
tamen non liceret, si putaret spirituale damnum aliis, <sup>aut</sup>  
Reipub. detrimentum suam confessionem allaturam. Tor-  
tus ob crimen falso impositum, non peccat mortiferè, si  
Iudicatur se admissum fateatur; si tamen non peieret, statim no-  
noceat, si crimen non sit hæresis. Quod si jam aliis nocu-  
set, falsum dicendo, obligandus esset à confessario ad veri-  
tem aperiendam. V.P. Navar. lib. 2. c. 4. n. 130. de restit.

Cajet. v. detrac*tio*. & 2. 2 q. 7. 3. art. 2. se ipsum infamare,  
ex genere suo, lethale crimen esse putat, contra charitatem,  
& iustitiam; contraria Toleti sententia, quam lequitur etiam  
Pet. Nav. lib. 2. c. 2. p. 2. dub. 1. n. 113. de restit. communis.  
Greg. de Valent. tom. 3. d. 5. q. 10. p. 1. mortale scelus existimat  
ex genere hoc sine rationabili causa efficere, Clau. Reg. lib.  
41. c. 3. n. 33. veniale, utraque sententia probabilis.

*Modi restituenda fame.*

Qui famam abstulit falsis dictis, tenetur dicere, se menti-  
tum, & iuriandum addere, si opus sit. Qui infamatoriis  
bellis hoc effecit, contrariis libellis infamiae notam tollere  
debet.

Qui verum, sed occultum crimen detexit, laudet etiam,  
cujus crimen in medium attulit, aut dicat, se male, & injus-  
tè dixisse, & cum opus est, coram Notario.

Quod si crimen occultum patens fiat, detractor, (qui de-  
trahendo deliquit, & damni illati reus est,) liber est à res-  
titutione.

Qui his modis detrahendo damno afficit, ad restitu-  
tionem obligatus est.

Reus accusatorem infamans verum crimen negando,  
quod fateri debeat, tenetur famam restituere; si crimen non  
sit probatum, non tenetur restituere, licet peccarit negando.  
Contrarium tamen placet Cajet.

Qui famam auferit dicendo, se audivisse crimen alicujus  
ab alio, debet hominem laudando dicti illius certitudinem  
minuere.

Famam ablatam injustè pecuniis compensari posse, aut a-  
<sup>liis</sup>

His ratione bonis, videtur colligi posse ex S. Thom. 2.2.q.62 art. 2. a. 2. & docent Arag. Salon. in eum d. loc. & Clavis Reg. num. 26 l.c.

Famam injustè ablatam tenetur infamator, etiam cum damno propria famæ restituere; vir tamen magni nominis & exultationis non tenetur ad hoc, cum homine infimæ fortis, sed potest resarcire pecunia, et si recusat infamatus.

Qui famæ ablatione conjectit alterum in vitæ discrimen, tenetur restituere cum propriæ vitæ discrimine. Aliquando detractor tenetur cum periculo vitæ notabilem infamiam auferre, quod est contra Cajetan. bona inferioris ordinis cum damno bonorum ordinis superioris, restituenda non esse docentem.

Duo, qui se invicem æquali infamia affecerunt, mutuo possunt famæ compensationem efficere.

Infamia notatus non potest per modum vindictæ infamatoris famam obscurare. neque enim licet malum pro male reddere; in judicio tamen potest injustè accusatus occultum alterius crimen prodere ad se justè tuendum, si talis criminis manifestatio ad hoc necessaria sit.

Compensationem in fama restituenda non habere locum docuit Cajetan 2.2.q.62.art.2. Joan. Majol 1.4.dist.15.q.16. Verum Adrian In 4.Sot.lib.4.q.6 art.3.ad 4 de iust. & multis aliis contrarium placet, vid. Clav. Reg. n.16.l.c.

### *Dispensatio.*

Vide v. *Censura, Excommunicatio, Irregularitas, Lex, Privilegium, Votum.*

### *Disputare.*

Vide v. *Fides.*

### *Distributiones.*

Vide v. *Clericus, Officium divinum.*

i. *Distributiones* quæ nomen suum à verbo *distribuo*, acceperunt, sunt ea portio proventuum, qui tribui & dividendi debent per singulas Horas, inter eos qui divinis officiis inter-